

Mythologia, Venise, 1567 - VII, 01 : De Hercule

Auteur(s) : Conti, Natale

Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre X

Ce document a pour résumé :

[Mythologia, Venise, 1567 - X \[82\] : De Hercule](#)

Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre VII

[Mythologia, Francfort, 1581 - VII, 01 : De Hercule](#) est une version augmentée de ce document

Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VII

[Mythologie, Paris, 1627 - VII, 02 : De Hercule](#) est une transformation de ce document

Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VII

[Mythologie, Lyon, 1612 - VII, 01 : De Hercule](#) est une transformation de ce document

Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Venise, 1567 - VII, 01 : De Hercule, 1567

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 11/01/2026 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/898>

Présentation du document

PublicationVenise, Comin da Trino, 1567

ExemplaireMunich (Allemagne), Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ) , Res/4
Ant. 50

Formatin-4

Langue(s)

- Grec ancien
- Latin

Pagination202r°-212r°

Des dieux, des monstres et des humains

Entités mythologiques, historiques et religieuses[Hercule](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 30/04/2018 Dernière modification le 25/11/2024

runq; vincamus, magisque gloriosum est seipsum vincere, & animi imperus
refragare, quam vniuersum terrarum orbem sibi subicere. Neque quisquā
vir bonus planē dici potest, nisi qui per summam innocentiam, vitæque
integritatem suos dies vsque ad extremum transegerit. Alii nihil aliud es-
se Herculem, quā solem crediderunt; qui propter imagines Zodiaci, duo-
decim labores absoluisse dicitur; cuiusce rei illud argumētum faciunt, quia
Geryon filius Callirrhoe & Chrysaoris siue Pegasi filius ipsa est hyems. hu-
ius boues Sol ab Oceani extremis partibus in habitatas terras adigit, quia
tonitrua & fulgura & fulmina ex humoris exhalatione nascuntur, & ex Ocea-
no præsertim. Dictus est enim Geryon *ἀνὴρ τῷ γέρῳ* quod fremere signifi-
cat, quod proprium est hyemis. Cum verò Sol omnia accedens per signife-
rum ad ortum exciter, ac pubescere faciat, idcirco Heben illi vxorem à Lu-
none ab aeris temperamento scilicet datam fuisse dicunt. Atque vt sum-
matim colligam, illa quæ tradita sunt de Hercule, non solum ad solis na-
turam, sed etiam ad humanæ vitæ institutionem tradita sunt; quippe cū
frustra alioquin laudes Herculis commemorarentur, cum illa monstra, quæ
dicuntur ab illo fuisse domita, neq; ita esse potuerint; neq; si fuissent, nobis
obessent; vt ait Lucretius lib. 5. in his;

10

Quid Nemeus enim nobis nunc magnus hiatus
Ille leonis obesset, & horrens Arcadicus sus?
Deniq; quid Cretæ taurus, Lernaq; pestis,
Hydra venenatis posset vallata colubris?
Quidue tripeçtora tergemini vis Geryonai?
Quid Diomedis equi spirantes naribus ignem,
Thracem, Bistoniasq; plagas, atq; Ismara propter,
Tantopre officerent nobis? vncisq; timendæ
Vnguibus Arcadiæ volucres Stympphala colentes?
Aureaq; Hesperidum seruans fulgentia mala
Asper, acerba tuens immani corpore serpens
Arboris amplexus stirpem; quid deniq; obesset,
Oceani propter litus, pelagiq; sonora,
Quo neq; noster adit quisquam, nec barbarus audet?

20

30

Quod si quis ea quæ dicta sunt à nobis hætenus diligentius considerauerit,
patebit profectò tum ad mores & ad vitam hominum rectè instituendam;
tum etiam ad solem, illa quæ narrantur de Hercule spectare. Ac de Hercu-
le satis, nunc de Acheloo dicamus.

De Acheloo.

Cap. II.

Achelous Aetoliæ Rex fuisse dicitur, qui in Thoante fluuiò vocato, vt
ait Sera. lib. x. e Pindo monte orto, Aetoliāque ab Acharnania dister-
minante, & in sinum defluente Maleaticum, mersus, fluuii nomen de-
dit; qui fluuius ab ipso Rege postea fuit Achelous nuncupatus. Plutarcus
in libello de fluminibus Thesium à Thesio Marcis & Pisidices filio voca-
tum fuisse fluuium scribit; qui Achelous postmodum ab Acheloo filio Ocea-
ni & Nymphæ Naidis ibi merso fuit vocatus. Hic fluuius in mare Echinādū
insularum influit, vt testatur Herodor. in Euterpe; quarum dimidium pro-
pè continentem fecit. Achæus Oceani & Terræ filium esse sensit, at Heca-
teus

40

Mythologia

Quocunq; arbitrium ventorum derulit : atq;
 Multa facis , quæ pacatum fortasse pigebit .
 Nil aliud Scyllam est rabidis vitare per undas
 Succinctam canibus , nil & vitare Caribdim .
 Hic animi furor est Cyclops , qui mentis in antro
 Delicet . hunc tu vince dolis , hunc stipite adure ,
 Hunc ratione doma . sic victus deniq; discet
 Aux iura hospitii : quàm sit crudelibus almus
 Iupiter hospitibus vindex . nam sicca tyrannos
 10 Paucos fara iubent Diris succedere tectis .
 Herculeus labor , & nodoso robore claua ,
 Nil finit horrificum : vel qui Minoia Cretæ
 Moastra domat ; fertur à Diis & natus uterq; .
 Si domites iram , vinclisq; & carcere frenes ,
 Inde voltupeatum illecebræ , blandiq; fufurri
 Circulant : simul ista tibi vitare necesse est .
 Ne te Sirenum cantus , neu pocula Circes ,
 Inuerti faciant variarum in monstra ferarum .
 Vita hominum infelix quod circumsepta tenetur
 20 Hostibus innumeris ; occumbere turpiter haud est
 Cuiq; opus , aut magnam referet victoria laudem .
 Barbaricis quid enim deuictis proderit armis
 Quæ sol consurgit , vel Iberis conditur undis ,
 Imperio regere ; æternum si pectore bellum
 Victorem infestet ? captiuum blanda voluptas
 Si trahat hunc , nullam meruit victoria laudem :
 Otia solus aget , tranquillaq; tempora vitæ ,
 Vincere qui norit surgentia pectore monstra ;
 Ex animo curas & propulsarit inanes .
 30 Forte magistratus transacto tempore ducis
 Ocia priuatus ; priuatum munera possunt
 Pieridum mulcere . domestica forte requirit
 Res domini curam ; curam concede parumper .
 Deniq; si cessat cui rerum publica cura ,
 Ille magistratus in sese exerceat ; & quæ
 Tempore præterito transegit , ponderet . acta
 Omnia si rectè ; nixeam Diis immolet agnam .
 Hic valet intrepidus cælum , sedesq; Deorum
 Susplicere ; implacidis hic se committere ventis .
 40 Fortunæ furias , & ineuitabile fulmen
 Alma Iouis temnit virtus sibi conscia recti .

Verum, ut ad mala Hesperidum redeamus, quidā dixerunt à Nymphis Herculi fuisse donata, cum draconem custodē cecidisset, quia draco pastor fuerit violentus planè homo, & immitis aduersus omnes. Huius oues mala dicta sunt aurea, cum essent oues aurei coloris. Cur post omnes victorias, post tot terræ, marisque labores, post superatos tot latrones, tot maleficos, tot violentos hospites, ipse Lydarum Regina tam turpiter seruisse dicitur? quia magis periculosum est ne voluptatibus, quàm difficultatibus plerunq;

difficultatem, qui cum Herculis sapientissimi hominis consilio rem præclare transigisset, tres oves Herculi largitus est: quod munus, ut ferebant ea tempora, non parum erat honorificum. cum vero oves sint, & mala fructus apud Græcos, locus datus est fabulæ. atque ad harum fabularum cognitionem non parum pertinere illam epistolam putauimus, quam superioribus diebus ad virum clarissimum & singulari tum ingenio, tum etiam probitate Senatorem Venerum Matthæum Bembum misimus. quam hoc in loco ascribere non pigebit, propter argumenti suauitatem, ita vero se habet;

Quod redia ad Musas à tanto pondere rerum

Quantum res patria imposuit tibi publica lator :

Maxime vir gentis Venetæ Mattheæ. ferocem

Nara labor assiduus fertur domitare leones.

Hinc iubet alternè luci succedere noctes

Natura alma parens seruandis prouida rebus.

Hinc et Atlanteos humeros recreasse labantes

Dicitur Alcides, tenuit cum pondera mundi.

Fabula sustinuit quod Atlas flammantia cæli

Altra : magistratus, et publica pondera gessit.

Crede mihi multo est cunctis felicior vnus

Qui faciles sine lite dies, sine murmure vulgi

Præterit, haud iussus varias audire querelas.

Siquis in humanis rebus felicius optat,

Rusticus expectet dum totus desluat amnis.

Vel nihil est homini felix, vel sola quies est;

Quæ nulli sincera tamen conceditur : ac te

Vel tua sollicitant, vel amici incommoda semper.

Ut si alibi excretæ vellantur vomere sylux,

Confurgunt alibi. Sunt quos non vlla fatigat

Ambitio, sed vexat amor furiosus habendi.

Nec quidquam se oculis auro iucundius offert :

In quò congesto mox credunt esse quietem.

Falluntur miseri : mens est quæ sola quietos,

Sola facit claros, argenti splendor, & auri,

Prædia, nobilitas, animo depellere curas

Non possunt; populi aut fasces, aut purpura Regum.

Nec tamen vna potest animum fecisse serenum

Contemptrix auri mens, ambitione remota.

Hæc ubi vicaria; discrimina plurima vitæ

Occurrent, animumque trahent huc semper, & illuc.

Si quem fugit amor nummi, si fugit honorum,

Blanditur somnus, vinum, Venerisque cupido.

Aut vitam infestat furor implacabilis iræ.

Turpe quidem vinci his animorum motibus, iræ

Principiis obsta : sub eat te cedere nolle

Fluctibus irarum : facilis medicina reperta est.

Sin quascunque rapit grauis impetus, hac patiare

Deiecta ratione trahi, velut orba magistro

Aequora percurris pelagi spumantia puppis,

Quocunq;

10

10

30

40

10 { tiamur, si possimus; & inique oppressos subleuemus. Sed quoniam omnibus in negotiis pernecessaria est temperantia, quia ex vno quouis scelere multa turpia oriri solent, dictus est Hercules hydræ capita omnia vno tempore extinxisse. Idem suæ peregrinationis terminos columnas in Iberia in extremis Gadium oris statuit, quia nullus locus virtuti sit inuius, cum virtutis gloria vel ad extremos homines habitatz terræ perueniat. Hic idem post tot superata pericula, post tot latrones de medio sublato, post purgatum horrendis monstris orbem tetrarum, Omphalæ amore captus multa turpia, & primis rebus gestis indigna commisit. cur hæc literarum monumentis tradita sunt? aut cur ad posteros transmissa? ut nos commonefacerent antiqui sapientes viro bono semper esse vigilandum; quia si parumper oculos a virtute deflexerit atque conniveat, ab appetentia tanquam a rapidissimo fluuio, ad libidinem, & ad illegitimas voluptates defertur, suapteque natura prolabitur. Hic propter muliebres amores postea in crudelissimum mortis genus incidit, quoniam voluptatum finis est omnium dolor & miseræ. ob præclaras virtutes primum vt Heros, deinde vt Deus post mortem ab hominibus cultus fuit; quod omnis virtus inuidiam in se concitat: qui enim virtutem superare aliorum se non posse sperant, tum demum se felices arbitrantur, si illam aliquantulum saltem dicendo obscurarint. at vbi cessat eius autor virtutis, tunc etiam inuidia cessat inter mortales, maiorque gloria virorum bonorum post mortem enitescit. cum igitur vel appetentia rerum suauium & illegitimarum, vel inuidia mortalium res gestas cuiusque opprimere & obscurare possint, merito dictum est id ab Euripide in Andromache;

*χρὴ δ' εὐπορὴν ἰδέειν ἔχοντι θνητοῖς
πρὶν αὖθις θανάτου τὴν τιμωρίαν ἶδεναι,
ὅταν αἰσχροτάτοις ἐρίῃσι ἦεν αἰτία.*

Nullum beatum dixeris mortalium,
supremus ante quam dies illuxerit:
Et noueris quo pacto adiuit inferos.

30 Fuerunt tamen nonnulli qui res ab Hercule gestas ad historiam retorserint, sicut illud est de Augia. Dicitur Augias Solia fuisse filius, tantumque habuisse armentum, & tot greges, vt maxima pars agri simo obducta otiosa & inculta iaceret. Hercules igitur vel aliqua parte agri, vel alia quauis mercede sibi promissa Alpheim fluuium in ea loca diuertit, omnemque simi copiam deleuit. Deinde cum regio ad fertilitatem redisset, stabula Augiæ purgasse dictus est. Augias mercedem illi negauit, quia videretur nullum propè laborem sustinuisse iis stabulis purgandis: nam insuli plerique non animi, sed corporis viribus, & laboribus præmia proponunt. Eodem pacto Geryonem tricornem dixerunt, quia tres essent fratres vnanimes & consentientes in omnibus: vel, vt putarunt alii, quia tribus insulis Hispaniæ adiacentibus imperaret, Ebusæ scilicet, & minori, maioriq; Balearicæ. Hic cum naualibus, terrestribusque copiis plurimum posset, dicitur habuisse canem bicipitem. Antæum Libycum ob peritiam loci vincere in regione non potuit, at extra patriam facile superauit. fuerunt item qui hydræ multarum capitarum fratres multos concordēs crediderint, quorum vno extincto multi videbatur insurgere propter apparatus bellicos semper recentes & validiores. quod attinet ad mala Hesperidum, & ad Atlantis laborem, dicunt Atlantem magistratum gerentem in quandam rerum maximarum aliquando incidisse difficulta-

lem dixerint, sicut illud oraculi responsum significauit;

Ἡ δὲ γὰρ αἰὲρ ζῶντες φέρων ἄλκις ἀφ' ἑστέων ἦεν ὁ ἀράλκιος.
Gloria semper erit mortales inter, Alcide tibi honosq[ue].

& illud;

Ἡρακλῆος δὲ τοῦ φοῖβου τῷ δαίμονι ἱερὰ δαΐζον
Ἡ δὲ γὰρ αἰὲρ ζῶντες φέρων ἄλκις ἀφ' ἑστέων ἦεν.
Te vocat Heraclem clarus cognomine Phœbus
Quod tua perpetuum mox gloria viuet in æuum.

Alii dicitur tunc dicitur & virtute scilicet hoc nomen deductum crediderunt, cum Hercules fortitudo sit, & prudentia, & ratio quæ est in nobis, & constantia, quæ quoniam sine diuina bonitate, optimoque animi affectu, nemini contingunt, idcirco Iouis filius Hercules dictus est. & Aleumene huc constantia, omnis enim probitas & patientia indiget in rebus aduersis, aut in voluptatibus superandis, & diuina bonitate tanquam duce, quæ gubernetur, cum nulla vis humana satis sit per se potens. Illa vero quæ de ortu Herculis & Eurysthei traduntur, ad vim astrorum spectare ego crediderim, quod esset felicissimorum planetarum in loco fortunato coniunctio, quæ imperium potenderet, cum nasceretur Eurystheus; at cum Hercules, gloriosa quidem, sed interueniente alio planeta, labori & periculorum plena. cum vero vis illa syderum clam agat in nobis, nosq[ue] imbuat pro vi & natura primi aeris, quem nascentes haurimus, datus est locus fabulæ quod Iupiter iurauit, ut qui primus nasceretur alteri imperaret, & quod Iuno cum retardasset Herculem, eiusque ortum in decimum mensem prorogasset, fecit ut hic parere cogeretur, semperq[ue] aduersariam Iunonem habuerit. Nam si quis natus fuerit sub felici syderum horoscopo, ita affecti aeris primum vim hauriens, ad ea propensus est, ad quæ vis illa syderum impellit: quod si maligna vis illa sit, & stellarum coniunctio, moderatione consiliorum in melius verti potest. Primus igitur omnium periculorum fuit Herculi propositum, geminorum anguium, cū adhuc esset paruus. quid per hos angues intelligamus? emulationem virtutis alienæ, quoniā subfrigida propè omnis est virtus, quæ ad alicuius imitationem non contendat. Omnium laborum igitur merito fuit initium Herculi ab anguib[us], quoniam cum puer adhuc esset gloriæ & rebus gestis præteritorum Heroum ad illos virtute sua vel imitandos vel etiā superandos inflammabatur. quippe cum omnis virtutis, omnisque nobilitatis initium sit in teneris animis apparens emulationis ad virtutem velligium. ubi quis igitur ita fuerit ad virtutem incitatus, primum omnium monstrorum superbia & ira & arrogantia & furor animi placandus est, qui leo est Nemex, & in sylua inscitæ nostri animi pascitur, omnesq[ue] virtutes populatur. Neque tamen post placatos hos animorum motus, tranquillitatē per vniuersam vitam consequimur, cum multæ voluptatum insidie aduersus nos insurgant: idcirco post placatum leonem Thespii filix oblatæ sunt Herculi, quas vni nocte omnes construpraret. Quid Myias, aut Lycum, aut Centauros, aut apros domitos, aut equos Diomedis, in hospites fruientes esse credamus, nisi crudelitatem, & omnes illegitimos animorum motus repressos? Quid latrones, quos ubique sustulit, nisi auaritiā & rapinam & latrocinia viro bono maxime aduersari? Quid Theseus est, aut Prometheus, aut alij complures a præsentibus malis liberati, nisi viri boni liberalitatē & beneficentiam in omnes iniquè opprēssos conuenire? nam dux sunt iustitiæ partes; vna ne nos iniuriam inferamus, altera ne inferri ab aliis patiamur,

Ggg = tiatur,

Mythologia

Erat autem vetitum foeminis iure sacrificiorum ne vel per Herculem iurarent, vel templū ingrederentur, vel sacrificiis interessent : quia sitienti Herculi cum boues Ceryonis per Italiam duceret, respondit mulier se aquam dare non posse, quia foeminarum celebraretur dies, neque ex eo apparatu fas esset viris gustare, qui sacrorum ritus seruabatur in Italia. erat autem illa sacrorum consuetudo, ut inter sacrificandum Deorum laudes, & res ab iis Diis humano generi utiliter inuentæ, vel præclare gestæ cantarentur; cuiusmodi est id apud Virg. lib. 8. Aeneid.

10

Tum Salū ad cantus incensa altaria circum
Populeis adsunt euincti tempora ramis.
Hic iuuenum chorus, ille senum, qui carmine laudes
Herculeas, & facta serunt, ut prima nonerex
Monstra manu, geminosq; premens eliserit angues.
Ut bello egregias idem disiecerit vbes.
Troiamque Oechaliāque: ut duos mille labores
Rege sub Eurythēo facis Iunonis iniquæ
Pertulerit, tu nubigenas inuicte bimembres
Hyleūque Pholūque manu, tu Cresia mactas
Prædicia, & vultum Nemeæ sub rupe leonem.
30 Te stygii tremuere lacus, te ianitor orci
Ossa super recubans antro semesa cruento.
Nec te villæ facies, non terruit ipse Typhæus
Arduus, arma tenens: non te rationis egentem
Lernæus turba caput circumflectit anguis.
Salve vera Iouis proles, decus addite Diuis.
Et nos, & tua dexter adi pede sacra secundo.

30

Mirabile est autem illud, quod scribitur à Corn. Tacit. hoc pacto lib. 12. interea Gortæ apud montem, cui nomen Sambulos, vota Diis loci suscipiebat, præcipua religione Herculis: qui tempore statuto per quietem monet sacerdotes ut iuxta templum equos venatui paratos sistant. Equi ubi phæretas sagittis plenas acceperat, per saltus vagi nocte demum vacuis phæretis multo cum anhelitu redeunt. rursus Deus quas sylvas pererrauerint nocturno visu demonstrat, reperiunturque fuscæ passim feræ. Hæc ferè sunt, aut non multò plura his, quæ ab antiquis scriptoribus de Hercule commemorantur: quæ quoniam sunt in ore omnium, breuiter recensere volui, neque in rem in mentibus omnium confirmatam, superuacanea adducere testimonia. Nunc quid per hæc significetur, breuiter inquiramus. Hercules, quem gloriosum ob Iunonis odium possumus interpretari, Iouis & Alcumenæ dicitur fuisse filius; qui sanè nihil aliud est, quam probitas, & fortitudo, & virium præstantia tum animi tum etiam corporis, quæ vniuersa vitia ex animo depellit, & profligat. Patet hoc autem ex ipsorum nominum interpretatione. dictus fuit primum Alcides quia ἄλκις vim significat; idemque filius Alcumenæ, quippe cum ἄλκις etiam strenuitatem significet. Hercules igitur huc animi fortitudo, strenuitas & Iouis diuinæ scilicet bonitatis filius, sibi gloriam immortalem apud vniuersos homines comparauit, quod cum fecisset Iunonis stimulo, merito & à Iunone & à gloria nomē obtinuit. Est enim ἑρως Iuno, at ἑρως gloria, alii nullam Iunonis mentionem fecerunt in hoc nomine explicando, cum gloriam fuisse vniuersis mortalibus Hercu-

lem

*Ποσειδώνος ἀνδρῶν, ὅς τις αὖτις ἐκείνῳ
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις*

Non hic in Phrygia sub quercu membra leuatus,
Atque Deus factus, sit edax minus, alius ac illi
Est eadem, taurum quæ quondam Thiodamantis
Edit, planitiem cum lati scinderet agri.

Cum vero mæstus Thiodamas amisso tauro recessisset, multa quæ fuisset Her-
culi ob illam iniuriam imprecatus, mansit postea ritus apud Lindios ut bos
arator cum multis dirarum imprecationibus Herculi cognomine Buthenæ
mactaretur. neque mirum est Herculem id in Thiodamantem commisisse, 10
cum in multos fuerit iniurius, & ob negatam sibi Iolen deuallaris Oecha-
liam, Hylamque catamitum tam celebrem habuerit, ut nemini Hylæ nomē
sit ignotum; eumque ebrius fieri nonnunquam consueuerit, ut testatur Da-
mageses his carminibus;

*ὅστις ἐκαστὸν τῶν, ὅς τις αὖτις ἐκείνῳ
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις*

Omnia qui domuit, qui his certamina sena
Vicit; qui ob vires clarus in orbe sonat;
Ebrius en titubans dubius vestigia ponit.

Perfusus dulci est ille caput Bromio.

Habuit Hercules multa cognomina, sicut Dii ceteri; nam cum magna culi
cum copia esset apud Teutros, iique pro voto cessassent, quod creditum fuit
Herculis beneficio secidisse, Conopius Hercules dictus est, ut ait Str. lib. 13.
conopem enim culicem vocarunt. Alexicacus, quia mala depellat. Cera-
myntes, quia Parcas infectatus sit. & Callinicus præterea, Boraicus, Rimeo-
lustus, Hippodotus, & aliis his similibus nominibus vocatus fuit. fama est
quod Herculi antiquitus non tanquam Deo sacra fiebant, sed tanquam He-
roi parentabant: quod cum Phœstius in Sicyoniam profectus animaduertif-
set, grauius ferret pro eximia eius virtutibus diuinos honores illi non
censeri, instituit ut agni iugulati pernas ad aram vrent, & partem vnam
carnium, sicuti victimarum ceterarum solebant, ederent; alteram Herculi
tanquam Heroi parentando offerrent. omnino vero agnus utilis erat victi-
ma Hercules sacrificiis, cum lupos is a stabulis depellere putaretur, ut te-
statur Antipater his carminibus;

*Βούκλις ἑρμῆος ἀντιπῆρος, ὅς τις αὖτις
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις
ἔπειτα δακρυβόλον ἐκείνῳ, ὅς τις αὖτις*

Mercurius facilis pastores. munere lactis
Lætatur: mox & dulcia mella capit.
Sed non Alcides; atres vel poseitor agnus.
Omnino pinguis victima grata Deo est.
Iure lupos ardet. Sed quid magis vtile si goex
Custodis cecidit exde, vel vngue lupi?

G g g

Erat

Mythologia

Ἡρώδης ἱδρύει, καὶ αὐτὸς ὁ φέρει, ἑκατόν τ' ἔστι.

Ἡρώδης ἱδρύει, καὶ αὐτὸς ὁ φέρει, ἑκατόν τ' ἔστι.

Dextra feram Nemeæ petiit mea : perdidit hydram,
Et taurum : malas inde cecidit aprî.

Baltheus est captus, sunt aurea mala relata;

Geryonisq; boues, & Diomedis equi.

Augias me non fugit, non cerua, volucres.

Cerberus eductus. nunc sed Olympus habet.

- 10 Herculem vnum ex duodecim Diis Græciæ fuisse testatur Herodotus in Euterpe; *Ἡρώδης ἱδρύει, καὶ αὐτὸς ὁ φέρει, ἑκατόν τ' ἔστι.* De Herce le audiui, quod vnus esset è duodecim Diis. qui etiam Dionysium & Pana & Herculem omnium Deorum maxime recentes à Græcis fuisse exissimatos scribit. Alii hunc vnum ex Idæis Dactylis fuisse censuerunt, alii primi Iouis, alii tertii filium : quod ideo accidit, quia plures Hercules fuerunt, vt testatur Cicero libro tertio de natura Deorum hoc pacto; Quanquam, quem potissimum herculem colamus, scire sanè velim : plures enim tradunt nobis ii, qui interiores scrutantur, & reconditas literas : antiquissimum Ioue natum, sed antiquissimo item Ioue : nā Ioues quoque plures in priscis Græcorum literis inuenimus. Ex eo igitur & Lisyto est is Hercules, quem concertauisse cum Apolline de tripode accepimus. Alter traditur Nilo natus Aegyptius, quem aiunt Phrygiæ literas conscripsisse. Tercius est ex Idæis indigenis, cui inferias offerunt. Quartus Iouis & Asteriæ Latonæ sororis, quem Tyri maxime colunt, cuius Carthaginem filiam ferunt. Quintus in India, qui Helus dicitur. Sextus hic ex Alcumena, quem Iupiter genuit, sed certius Iupiter. Cum tot fuerint Hercules, omnium reliquorum res gestæ vni Alcumenæ filio tribuuntur. Hunc eundem inquit de tripode cū Apolline decertasse, cui cum Delphos venisset, vt ob mortem Iphiti expiaretur, Xenoclea Dei interpretes responsum dare noluit, quod esset cæde pollutus. Tunc igitur Hercules sublatum è templo tripodem asportauit, quem cum 30 repeteret Apollo grauis pugna fuisset commissa, nisi Latona & Diana Apollinem, Minerva Herculis iram placasset, vt ait Paus. in Phocicis. Fuerunt q; dicant Hercules ad triginta fuisse. Dicuntur complures fuisse filii, quos ex variis mulieribus Hercules suscepit; quos omnes hic recensere foret superuacaneum, cum multos connumerat Apollodorus Atheniensis lib. secundo Bibliothecæ. Postea vero quam inter Deos fuit receptus illi conciliata est iuno, atque Heben filiam in matrimonium dedit, quorum nuptias Plato præstantissimus poeta commemorauit. Memorix proditum est ab Ibyco calida lanacra inuentum fuisse Herculis, quibus ille duturno labore defessus plurimum vteretur, quæ sibi à Vulcano fuerint indicata. At alii, inter 40 quos Pisander, ea Minervæ munus Herculi data dixerunt. Primus omnium mortalium ciuitates dicitur Hercules facere inuenisse, & inuentas additis populis adauxit, certaminaq; instituit, cum ceteros mortales vi corporis antecelleret, vt ait Str. lib. 8. Hunc aiunt præterea voracissimum fuisse, quippe cum per Dryopiam iter faciens taurum Thiodamantis arantis à iugo solurum iugularit, & eorum eodem die deglurierit apud Oriopas; cum id etiam prius fecisset apud Licidum urbem. Eius ingluuiem & voracitatē ita expressit Callimachus in hymno in Dianam;

Ἡρώδης ἱδρύει, καὶ αὐτὸς ὁ φέρει, ἑκατόν τ' ἔστι.

Ἡρώδης

Diceris infelix scuticæ tremefactus habenis

Ante pedes dominæ pertinuisset minas.

Dum seruiret igitur Omphale Cercopas Ephesi populos bello profligauit, qui aduenientes hospites suas vineas tanquam seruos fodere cogebant. Alii causam huiusmodi reddunt, cur Hercules Omphale seruierit. Dicunt ab Hercule Eurytum ad accipiendam Alcestem, quam Hercules vitæ restituerat, profectum, non fuisse acceptum hospitio, at extra Tirynthi muros fuisse pietum; cum Hercules furor esset captus: quare vix demum Hercules à Deiphobo lustratus in grauem morbum incidit. Cū ab eo liberari cuperet Hercules adiit oraculum, quod sibi responsum dedit tunc liberatum iri, si venditus per triennium seruiret, ac mercedem seruitutis præberet Euryto: quare Omphalæ Lydiæ Reginæ Tmoli vxori emptus seruauisse dicitur. Fuerunt qui dixerint eum prius seruauisse, deinde absoluto seruitutis tempore ad Troiam militasse. Habuit etiam Deianiram, quam cum Acheloo colluctatus accepit, Oenci Aetoliæ Regis filiam, quæ fuerat Acheloo desponsata. Cum vero Aetoliæ fluium esset Hercules cum Deianira transiturus, qui tum forte ob assiduos imbres maximè excreuerat, Nessus Centaurus vltro operam suam obtulit traiciendæ Deianiræ, quæ cum Nesso credidisset ipse Hercules fluium primus intrepidè traiecit. Sed cum adhuc in prima ripa Nessus Deianiram vitare conaretur, ab Hercule sagittis hydræ veneno infectis transigitur: qui ut vel mortuus hostem vlsceretur, suam vestem sanguine ac veneno illo perfusam, sanguinemque in vasculum collectum ex vulnere Deianiræ tradidit; cum diceret illis vim inesse amatoriam, quia illa veste si indutus maritus fuisset, optimum foret remedium aduersus amores pellicum. Eam vestem ita acceptam in opportuna tēpora Deianira reseruauit. Deinde cum Hercules Oechalia subacta, raptaque Iole ad Cenxum Eubææ promontorium appulisset, aram Ioui immollaturus erexit ob partam victoriam; miserque Licham seruum, qui Hercule vicisse, & iam appropinquare nuntiaret Deianiræ, Cum vero Deianira suspectos amores Ioles haberet, vestem à Nesso captam, tanquam antidotum aduersus Ioles pellicis amores ad Herculem misit. Deinde cum pruritus immensus, & ardor, & pustulæ per totum corpus exorirentur, Licham in fluium Thermopylis propinquum ē petra præcipitauit; ipse tanquam igne facto & furore denique correptus, cum tantos cruciatus perferre non posset, se in pyram in monte Oeta cōiecit. Aiunt Herculem conantem vestem discissam auellere, frustra carnis simul auulxisse. Id cum cognouisset Deianira sua ipsius manu suspendio vitam finiuit. Apollodorus à Peante succensam fuisse scribit pyram, quam Hercules moriturus conscenderat, quare sagittas dono acceperit: communior est tamen opinio quod Philoctetes earum fuerit hæres. Alii dicunt Deianirā non suspendio, sed Herculis claua se interfecisse, relicta filia Macaria, quam ex ipso Hercule suscepit. Scriptum reliquit Lucianus in Hermotimo vltum fuisse quidquid mortale fuit Herculi, & humanam labem, ut ita dicam, in ea pyra concrematam; quod erat diuinum in cælum ascendisse, ut præclarè testatur Byzantius Philippus his carminibus;

Πάρος πόλιν ἔειπε δὲ τὸ πλῆθος, ὅτι τὸν ἄνθρωπον.

καὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον.

καὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον.

καὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον.

καὶ τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸν ἄνθρωπον ἄνθρωπον.

καὶ τὸν ἄνθρωπον

Mythologia

10

κτεταυρωμένη πύλας δὲ ἱερὰς
 τὴν ἑρμῆα καὶ τὴν πολυφλάκην καὶ
 ἑρμῆα φησὶν ὁ μύθος ἄλλαν πύλιν
 ἀνδρῶν ἀγῆας, αὐτὴν γὰρ ἀφαιρῶν,
 εἰς τὴν πύλιν αὐτὴν τὴν πύλιν αὐτὴν
 τὴν πύλιν αὐτὴν τὴν πύλιν αὐτὴν.

Angues feroces fasciis paruo mihi
 Circumuoluto immisit, vbi lac sugerem,
 Coniux Iouis, perirem vt horum moribus,
 Adultus vt fui, mihi quid est opus.
 Multos labores, quos tuli, profarier?
 Aut quos leones vicerim, tricorporea
 Typhonas, aut gigantas, aut quæis quatuor
 Sunt crura Centaurum genus? nam bicipitem
 Re pullulantem hydram, canemq; perculi.
 Multis peractis hinc ego laboribus
 Ad inferos iui oblitos caligine,
 Canemq; traxi ianitorem tartari
 In lucem, vti iussit seuerè Eurystheus.

- 30 Aiunt præterea Saurum viatoribus & accolis infestum fuisse ab Hercule egsum, vt ait Paus. in prioribus Eliacis: hic non solum latronibus & maleficis hominibus fuit infestus, sed etiam cum ad mortuam Alcestim venisset, Morte deterrita, illam marito viuam restituit, vt scripsit Euripid. in Alcest. tragedia. Fuerunt qui putarint Herculem, non vt mitteret Atlantem ad aurea mala capienda coelum sustinuisse; sed laboris hominis miserrum, dum ille aliquantulum recrearetur. Habuit Hercules multorum laborum socium Telamonem & Iolaum, qui etiam dicitur fuisse eius auriga, vt ait Paus. Herculis vxores multæ memorantur: siquidem Meliten Aegæi fluminis filiam duxit, ex qua Hyllum suscepit. ob Iolem sibi promissam, vt ait Menecrates, vniuersam Oecaliâ Euryto in Eubiam fugiente debellauit, quia illi filiam Iolen denegasset. Fama est Herculi nupsisse etiam Augem, quam Alxus pater cum filio Telepho in vrna quadam positam in mare demersit, quæ postea Palladis providentia seruata cum vrna ad hostia Caiæ euasit, & à Teuthræte fuit excepta. Sed hanc deinde Hyllus filio Hercules concessit. fuit deinde Hercules Omphales Lydorum Regis filix amore captus, quare multa viro forti indecora facere coactus est: nam qui Busiridem in Aegypto, qui Antæum fortissimum Athletam in mauritania, in Hispania Geryonem, in Thracia Diomedem superauerat; qui leones vicerat, qui serpentes vel insar suffocauerat, qui latrones, qui homicidas, qui maleficos omnes ubique singulæ fortitudine sustulerat; quem neque tenebræ inferorum, neque multiplica hydræ capita, neque celerrimum ac lactiferum cerberi venenum deteruerat, neque vlla vis periculorum vel tantillum commouerat, idem inermis Omphale leonis pelle cōcessa inter pedissequas Omphales scemineo habitu indutus sedentariam artem exercuit, vt testatur Ouid. in Deianira;

Non pudet Alcide vistricem mille laborum,
 Rasilibus calathis imposuisse manum?
 Crassaq; robusto deducis pollice fila.
 Aequaque formosæ pensa rependis heræ.

Dicaris

Nequē aliud sanē quidquam Herculem omnium monstrorum, latronum, maleficorumq; hominum domitorem & euerforem præter gloriam virtutis illustravit: qui tantum nominis & gloriæ apud omnes homines consecutus est, quantum nulla res vnquam delere possit: cuius in honorem templa, altaria, ceremoniæ, sacerdotes fuerunt instituti, quod illi neq; nobilitas generis, neque sola vis corporis, neque amplissimum imperium, sine sapientia, animiq; magnitudine concedere poterat, fuit Hercules Iouis & Alcumenæ filius, ut testatur Orpheus in Argonauticis carminibus;

10

*Ἡρώδης δὲ αὖτε φίλον ἔρασαντο παῖδας,
Ἰὼ τίκτει Ἀλκμήην· Ἰωνοῦ γὰρ ἔστιν ἄνθος
Ἰωνὶ δὲ τὸν πατέρα μὲν ἰδοῦντα σέβει, αἰνέει
ἄλλαν, ἑλκεῖ δ' ἐπὶ κακίᾳ πατρὸς ἔργον.*

Hic prius Herculeum robur mihi cernitur; olim
Hunc Alcmena Ioui peperit coniuncta superno.
Cum latuit Phœbus longas tres ordine noctes
Continuas; caruitq; die sol, lumine soles.

Alique enim Alcmenam Thebani Amphitryonis fuisse uxorem, qui cum adversus Teleboas Aetoliæ populos militaret, & exercitum duceret; quia ita nubenti Alcmenæ promiserat, quod fratris eius eadem vleisceretur, huius captus amore Iupiter sumpta Amphitryonis forma, ut ait Plautus in Amphitryone, domum ante diem ingressus, illa potitus est, atque cum ex Amphitryone prægnans esset Alcmena, tamen, ut ex se etiam conciperet, dicitur Iupiter tres noctes in vnum coniunxisse, quod spatium totum in exprimendo Hercule absumpsit. non enim sat erat spatii nox vna tantæ plantandæ arbori. Deinde cum negligentius exceptus fuisset reuersus Amphitryon, causam percunctatus est ab Alcmena, audiuit priore nocte sui similem domum adiisse: sibi intellexit à Tiresia Iouem cum Alcmena concubuisse, ut testatur Atheniensis Apollodorus. 1. natus est igitur Thebis Hercules Ioue patre matre Alcmena, ut testatur Hom. in hymno in Herc. hoc pacto;

20

30

*Ἡρώδης δὲ αὖτε φίλον ἔρασαντο παῖδας,
Ἰὼ τίκτει Ἀλκμήην· Ἰωνοῦ γὰρ ἔστιν ἄνθος
Ἰωνὶ δὲ τὸν πατέρα μὲν ἰδοῦντα σέβει, αἰνέει
ἄλλαν, ἑλκεῖ δ' ἐπὶ κακίᾳ πατρὸς ἔργον.*

Alciden canimus natum Iouis, edidit illum
Præstantem virtute viris mortalibus: arctæ
Magno Alcmena Ioui coniuncta in amore superno.

Dixerunt tamen Herculem filium etiam Amphitryonis, ut ait Eurip. in Hercule insano;

*τίς γάρ τις αἰὲς ἐδάκρυον τοῦ αὖτις βροτοῦ
Ἀρπύης ἀμφιτρύωνος, ἢ Ἀλκμήης ὄντι
ἔργον ἐπὶ Περσέως, πατέρα τοῦ Ἡρώδου.*

Cui non Iouis rivalis est mortalium
Auditus Amphitryo, satus de Persei
Alcæo, & almi qui fuit pater Herculis?

40

Habuit Hercules fratrem natum eodem partu Iphiclem vna nocte iuniore, sororem vero Laonomen, quam Polyphemo nupsisse memorix proditum fuit. Scriptum reliquit Paus. in Bæoticis Iunonem odio pellicis Alcumenæ com-

Ecc 1 motam,

Mythologia

leonis, interemit: quos latrones fuisse in rebus Cyzicis scripsit Polygnotus. Idem occidit Eurytum & Ctearum Neptuni & Moliones filios, deinde duodecim Diis aras erexit. Ioui, Nept. Iunoni, Palladi, Merc. Apoll. Graetis, Baccho, Dianæ, Alpheo, Sat. Rher. Alii tamen senserunt tunc cascos tantum fuisse ab Hercule Gigâtes, cum bellum aduersus Iouem suscepissent, ut ait Horatius in lib. 1. carm.

domitrosq; Herculeæ manu
Telluris iuuenes, vnde periculum
Fulgens contremuit domus
Saturni veteris.

10

Fama est post è gigantibus victoriam Herculem suam clauam Mercurio cognomento Polygio consecrasse; quam dicunt fuisse ex oleastro, & repullulasse, ætisque radicibus insignem arborem factam fuisse: quod forte posset non mirabile videri, quippe cum dicat Virg. oleas vel siccas pullulare in secundo Georgic.

Quin & caudicibus sectis (mirabile dictu)
Truditur è ficeo radix oleagina ligno.

20

Ferunt illum antequam ad inferos descenderet ad Oetam accessisse, atq; ex fonte bibisse, qui inde labebatur; ob cuius vim cum omnium præteritorum malorū esset oblitus, fontem illum Lathium nominauit, ut ait in rebus Actolis Demophatus. Hæc omnia sunt ab Hercule gesta antequam ad inferos descenderet. Enimvero non satis terra ad exanclandam virtutem Herculeam videbatur, quare iussit illum Eurystheus ad inferos adire, & maxime horrendum inferorum canem Cerberum ad se adducere. Hunc fabulati sunt quinquaginta habuisse capita, tria canina, reliqua & caudam draconis. Hercules igitur sacrificiis Diis rite peractis in Tænaro promontorio antrum subiuit, traiecitque Acheronte, & reliquis inferorum fluminibus Theseum super saxo sedentem & Pirithoum inuenit: sed quia sponte & consulto Pirithous eo accesserat, illum ibidem reliquit: Theseum quia necessitate coactus fuerat, liberauit. Tum Menæxium Cenchonymi filium inferorum bubulcum, quia capturo Herculi Cerberum repugnaret, interemit: nā ubi colluctari cū illo incēpisset, ita Menæxium Hercules obstrinxit, ut omnia eius ossa confregerit. Inuenit autem Cerberum in limine inferorum, qui viso Hercule itatim ad solium regis inferorum cōfugit: quem pelle leonis & thorace tantum munitus Hercules cepit, quamuis nullum esset eius mortuus remedium, cum subita vis veneni vel in ossa continuo penetraret. Fabulantur Herculem cum ad inferos descenderet in ripa fluminis Acherontis albam populum inuenisse, atque ex ea coronam sibi fecisse, ut testatur Olympionicus in libro de Plantis, cuius pars foliorum exterior ob inferorum locorum caliginem facta est nigra. mansit postea inde consuetudo ut sacra arbor illa Herculi putaretur, & in sacrificiis Herculis coronaretur sacrificantes ramis populeis: & ut scripsit enarrator Theocriti, præmia etiam victoribus certaminum in coronas parabantur rami populei, quia multa certamina Hercules absoluisset. Cerberum igitur per Træxenē ad Eurystheum deduxit, quē scripserunt Euphorion & Herodotus per Heracleam, quam Acherusiam vocant incolæ, adductum, atq; cum primum lucem sensisset, vomuisse; ex quo vomitu natus fuit aconitum. est autem aconitum herbæ radix parua similis gramine, cuius potus est amarus, atque totum os stypticum facit, cor mor-

30

40

der,

monitum à Promethæo fuisse ut Atlantem ad ea pro se mitteret, ac ipse tam diu cœlum, dum rediret Atlas, sustineret. Multa sanè sunt certamina quæ in hoc etiam itinere commisit, à Cygno ad fluvium Echedorum ad singulare certamen provocatur, qui fulmine cœlesti fuerunt dirempti. à Nereo deinde doctus fuit comprehenso, & in multas formas mutato, ubi essent mala, & Hesperides. cum è Pyrenæis montibus per Illyricam regionem iter faceret, & in Libyam pervenisset Antæum Terræ filium obuium habuit, hominem admirandæ proceritatis, quippe qui ad sexaginta & quatuor cubitorum longitudinem accederet, in omnes peregrinos inhumanum: quos secum luctari cogebat, & suffocabat. Hic cum Herculem ad luctam provocasset, ab eo pene extinctus ter prostermitur, at erat ea virtute ut quoties Terram matrem attingeret, toties fortior resurgeret, quod sentiens Hercules hunc comprehensum sublimem à terra tandiu sustinuit, quandiu spiraret; donec vi Herculeæ brachiisque denique strictus expiraverit. è Libya veto in Aegyptum profectus Busirim Neptuni Lysianassæque vel Libyes filium invenit; qui ea crudelitate in externos utebatur, ut advenas quotquot comprehenderet Neptuno patri, vel, ut alii malunt, Ioui immolaret. Neque enim illud crudelitatis genus impune exerceri virtus Herculeæ passa est: nam cum easdem insidias, quas cæteris hospitibus, Herculi parasset; & Busiri & eius filius Amphidamas, & Chalbes præcoarx illius impuræ ministri manu Herculeæ occubuerunt. Postea idem Hercules per Arabiam iter faciens Emathionem Tichoni filium violentum planè hominem, & in omnes peregrinos immanis obuium habuit, qui trucidare & spoliare omnes advenas consueverat, quem etiam obruncavit. mox ad Caucasæos montes & Hyperboreos profectus, aquilam & ipsam Typhonis & Echidnæ filiam, quæ iecur Promethæi vorabat, sagittis transfixit, & Prometheum solutis vinculis oleastri liberavit. cum Acheloo, qui tauri formam sumpserat, in Caiydone colluctatus, cornu eius fregit: pro quo redimendo Achelous Amaltheæ Harmoniæ filix cornu Herculi largitur, quod ille omnibus fructibus refertum Ioui consecravit, idem Memnonidis filios Passalum & Aclemonem homines inhumanos & feros comprehendit, qui cædes, & furta, & rapinas præmia fortitudinis vocabant. Hos cum mater reprehenderet, ac diceret, nondum in virum, qui nigras habet nates, incidistis: ridebant. hi igitur dormienti Herculi sacculum surripere conantes ab Hercule capiuntur, quos ligatis simul amborum pedibus humero suspendit; atque alter in prioribus, alter in posterioribus partibus gestabatur. cum sine subligaculo esset Hercules, illiq; essent inter se conuersi, eius pudenda & nates & villos nigros videntes matris recordati in maximum risum sunt cōuersi, quod cum didicisset Hercules eos liberos dimisit. Idem Cacus latronem in Aventino monte oppressit, idem Lacinum extremam oram Italiæ latrocinii infestantem trucidavit, idem Coon insulam diripuit, regemque Eurypylum cum vniuersa familia obruncavit, quia exercerent cædes & latrocinia aduersus omnes. Idem Pyrethrum regem Eubææ profligavit, quia per iniuriam Ægeorum regionem bello infestaret. Idem Albionem & Borgionem iter suum impediens cum ad Atlanticos montes properaret, de medio sustulit. Idem Cygnum singulari certamine apud Peneum amnem extinxit, quia is multos propositis singularis certaminis præmiis extinxerat. Idem gigantes, quos Iuno aduersus ipsum educauerat, vel, ut voluit Timarchides, qui nati fuerant è sanguine Nemei

Mythologia

diret. Habuit vero suæ crudelitatis ministrum impigrum ac diligentem Eurytionem. Huc profectus Hercules Geryone, caneque Orthro, & pastore Eurytione interemptis boues ex Oceani insula Gadira ad Tarracum per id temporis celeberrimam Iberiæ ciuitatē abigebat, at Alcioneus Gigas cum Hercule ad Isthmum Corinthi congressus, dum is boues abigeret, saxum maximum iecit e mari rubro sumptum, quo viginti & quatuor homines occidit: nam cum tantum ponderis vix duodecim plaustra perferre possent, id Hercules clauis facile repulit, & illum occidit. saxum vero iacuit in Isthmo vbi agebantur certamina. His igitur in locis duas columnas Hercules erexit tanquam suorum laborum terminos: quarum alteram Abinam, alteram Alyben vocauit. Neque tamen vbi hæ columnæ fuerint erectæ satis conuenit inter scriptores, quoniam Dicæarchus, Eratosthenes, Polybius, & Græcorum scriptorum complures ad Euripi angustias illas erectas dixerunt: Hispani verò & Africæ gentes apud Gades esse putarunt, quod sensit etiam Dionysius in libello de situ orbis in his;

10

*ἑρμῆς δ' ἰδὼν τὰς ἐκείναις ἐκείναις ἀνίσταται
ἀρῆματα τεύχεα δὲ ἱερὰ καὶ ἄλλα.*

ἰδὼν γὰρ τὰς ἐκείναις ἐκείναις ἀνίσταται

20

ἰδὼν. (μὴν δὲ αὖτις) ἀπὸ τῆς ἐκείναις ἀνίσταται.

Obliquas narrate vias; mihi dicite Musæ

Oceani Hesperis a gentibus incipientes.

Ad fines vbi sunt erectæ forte columnæ

Herculeos, (mirum) iuxta suprema Gadira.

Fuit enim antiqua Imperatorum consuetudo ad quæ loca extrema cum exercitu vel classe penetrassent, ibi aliquod suæ expeditionis relinquere monimentum; sicut Bacchus columnas duas erexit in oriente, Alexander Indiæ militiæ terminos aras apud extremos Indos instituit, super quibus vota Diis immortalibus persoluit, vt testatur Strab. lib. 3. Verum cum boues Geryonis in Libyam per Iberiam Hercules abigeret, dicuntur Percylos & Alebion

30

Neptuni filii bouum pulchritudine allecti, illos surripuisse, & egisse in Ethruriam; a quibus cum taurus aufugisset, & tranasset in Siciliam, Italiam postea vocarunt. Tyrrenorum enim lingua taurus Italus dicebatur. cū Eryx Siciliæ rex taurum illum cepisset, neque repetenti Herculi reddere veller, ad certamen ventum est, Eryxque cæstu percussus diem suum obiit. Deinde boues obtruncatis latronibus cum mare Ionium traiecisset, ad Eurystheum Mycenæ deduxit, quos omnes ille Iunoni immolauit. Fabulantur Herculem post ductos ad Tarracum boues poculum suum Soli reddidisse; nam dicitur Hercules cum ad boues contenderet Solis radiis nimium calefactus arcum vel in ipsum Solem intendisse, quare sol eius vires, & animi magnitudinem admiratus, aureum poculum illi donauit, in quo Oceanum ad boues

40

capiendos traiecit. fama est præterea Iunonem, cum nupsisset, multas pomos, quæ aurea mala producerent, Ioui in dotem dedisse, quæ apud Hesperidas nymphas a dracone peruigili custodiebantur. Fuerunt Hesperides Hesperis fratris Atlantis filiæ, Aegle, Arethusa, Hesperusa, vel vt aliis magis placuit, Aegle, Erethusa, Vesta, Erythia. Draco, qui mala aurea custodiebat, natus ex Typhone & Echidna esse dicebatur; qui centum capita habebat, variisque utebatur vocibus. Eo igitur interempto Hercules aurea mala decerpit, & ad Eurystheum victricum detulit. alii maluerunt illum ad-

monitum

mxus, aper Calydonius & Erymæthius & Crommyonius. Fabulantur quod
 cū Minos toti mari, quod Græciam alluit, imperaret, nihilo maiorem hono-
 rem Neptuno, quam Diis cæteris impartivit, quamobrem iratus Neptunus
 taurum hunc ignem efflantem naribus in eius regionē immisit. fuerunt qui
 dixerint, Minoem vouisse quod primū sibi obtulisset, ut diximus in Minoe,
 atque hunc taurum in sua armenta seruisse, quare Neptunus illi furorem
 immisit, ut omnia deuastaret. alii dixerunt hunc taurum per fraudem Mi-
 nois in Atticum solum fuisse deportatum, qui multos Athenienses concu-
 carit, ut quemque obuium casus tulit, atque inter cæteros Androgeum Mi-
 nois filium: quem cum ille per insidias obruncatum putasset, comparata 10
 classe bellum Atheniensibus intulit. Hic idem taurus ut ductus fuit ad Eu-
 rystheum, ut qui esset sacer, ab Hercule dimissus Marathonium agri rursus
 vexauit, quem dicunt nonnulli Dianæ Marathonis fuisse postea à Theseo
 mactatum. Apollod. putauit fuisse taurum, qui trans mare portauit Euro-
 pam. Deinde cum Diomedes Thraciæ Rex Cyrenes Martisq; filius equos
 ferocissimos & crudelissimos, ignemque spirantes in Tyrida oppido huma-
 nis carnibus aleret, quibus captos hospites laniandos exponebat, ab Eury-
 stheo iubetur illos equos adducere. tum vero Hercules ad Diomedem pro-
 fectus, ipsum primum captum suis equis lacerandum crudeliter exposuit,
 equosque ipsos post esum Diomedē alii ab Hercule trucidatos, alii ad Eury-
 stheum ductos arbitrantur: quos ille cum ad Olympum montem in pascua
 misisset, seruntur fuisse à feris laniati. Imperauit illi postea Eurystheus, ut
 Hippolytæ Amazonum reginæ baltheum, quem pulcherrimum esse audie-
 rat ad se afferret, quem Admetæ filix largiretur. quem tamen nonnulli non
 Hippolytæ, sed Dilycæ esse maluerunt: at Ibycus filix Briarei. tum Her-
 cules cum vna naui ad Amazonas traiecisset, Mygdonem & Amycum fratres
 iter impedire conantes in Bebrycia obruncavit, ac vniuersam Bebryciam
 depopulatus Lyco Deiphili filio, quem secum adduxerat, largitus est: qui
 Bebryciam postea Heracleam in honorem Herculis nominavit. Cum He-
 mifcyram Hercules applicuisset, Amazonibus debellatis baltheum abstulit 30
 ubi Hippolyte cum exercitu in nauem impetū fecisset. Deinde Hercules Hip-
 polytam Theseo eius expeditionis socio concessit. idem cum reuerteretur
 ad Eurystheum reperit Hesione Laomedontis filiam, quam ob iram Neptu-
 ni Laomedon Deorum responsis illi ceto, quem Neptunus immiserat, expo-
 nete iubebatur, quam Hercules à ceto liberauit. Verum cum præstantis-
 simos equos ob id ben- ficiū Laomedon Herculi promississet, neque tamen
 dedisset, indignatus Hercules ob hominis fallacias Troiam aggressus regem
 obruncavit; Hesionenq; Telamoni, qui prior murum conscenderat, largi-
 tur, concessitque Hesione ut quem vellet à captiuis emeret: atque illa fra-
 trem Podarcem emit, qui postea Priamus illa de causa vocatus est. Deinde 40
 Trimum & Telegonum Protei filios, qui hospites lucta superatos necabāt
 ipse lucta suffocauit. idem Sarpedonem Neptuni filium contumeliosum ac
 ferum planè virum interfecit sagittis, postquam victoriam Baltheum Eury-
 stheo asportauit. Postea verò iussit Eurystheus ut puniceos Geryonis Hi-
 spaniæ Regis boues, qui hospites vorarent, ad se adduceret, quare ad illos
 opprimendos contendit. Dicitur Geryon Chrysaoris & Callirhoes filius
 triplex corpus habuisse, canemque duorum capitum in Erythea, ac septem
 capitum draconum ex Typhone & Echidna genitum, qui boues ipsos custo-
 dit.

F f f

direct.

Mythologia

- ab eodem Hercule sagittis conficitur, filiusque Pyleus, qui Dulichium profugerat, quoniam iniquum esse facinus patris dixerat, in regnum patri adiun-
 10 nante Hercule successit. Fuit autem Augeas Solis filius, ut dicebatur, ut alii
 putarunt Neptuni, ut alii Phorbantis & Hirmines, ut alii Nyctei, alii Epo-
 chi; e cuius oculis radii solaribus similes effluere dicebantur. Augea vero
 cetero Hercules e spoliis Elidis certamina Ioui Olympico instituit, quæ Olym-
 pica appellauit; quæ quinquagesimo quoque anno agebantur, ipseque prior
 volentes omnes ad certamen prouocauit. Verum neque hunc laborem Eury-
 stheus inter duo decim recepit, quia spe mercedis illum absoluisse. Deinde
 20 cum Hercules audiisset iuxta Strymphen Arcadiæ lacum, apud quem
 Iuno educata fuit, & celebre Dianæ templum, aues esse, quæ humanis car-
 nibus vescerentur, ad has cedendas iussus accessit. Fuerunt qui dixerint
 Strymthalides vocatas aues non à Strymphalo lacu, vel fluuio, vel palude Ar-
 cadie Strymphali, sed ab Heroe quodam Strymphalo, cuius & ipsius uxoris
 Auis vocata, filia fuerunt, ut sensit Mnaseas. Has occidit Hercules quia ipsius
 hospitio non accepissent, acceptis tamen Molionibus. Alii & aues has falsi-
 se memorant, & non sagittis cæsus, sed, cum iuberetur tantum abigere, crepi-
 30 tatorum æneorum à Pallade acceptorum cinnitu ab Hercule exterritas in
 Aretiam insulam ex Arcadia conuolasse, ut sensit Pisander Camirensis, &
 Seleucus in miscellaneis, & Charon Lampfacenus. Has etiam Ploidas vo-
 carunt, ut ait Apollon. lib. 2. Argonau.

Ἰδὲ γὰρ ἑρκαλίδας ἐν αὐτῷ ἐκαστὸν ἑρκαλίδας,
 Πλοιδας ἑρπιδας Ὀρκαλίδας ἑλὲν Ἀλκίον
 ἀετῶν τεύχεα, ὡς πρὶν ἐν αὐτῷ ἐστῶτα.
 ΔΑΔ' ἔτι χαλκίδας ἀετῶν ἐν χερσὶ τινέων
 ἀγρὸν ἐνὶ οὐρανῷ περιμήνους, αἵτις φέροντες
 τὰ δὲ ἀποφύλαξ' οὐδ' ὀλίγον ἀνδραγαθίας.

- Sed neq; ut Arcadiam petiit vis herculis; arcu
 Ploidas inde lacu volucres Strymthalidas vlla
 30 Pellere vi potuit: nanq; hoc ego lumine vidi.
 At idem ut manibus crotalum pulsauit in alta
 Existens specula prospectans, protinus illæ
 Cum clamore procul linquentes litus ierunt.

- Nam fertur crotalum illud, quo Strymthalides volucres exterruit, à Vulca-
 no fuisse factū, quod Pallas eo adeunti herculi concessit. Fuerunt sanè aues
 quæ Strymthalides vocarentur in locis Arabiæ desertis nihil magis quàm
 leones aut pardi mites hominibus; siquidem vel ferro vel ære tecta corpora
 rostris percutientes integumenta effringebant facillime, quare postea inuen-
 tus fuit cortex quo homines tecti si percuterentur rostris, illæ defixo rostro
 40 in illo libro, tanquam visco, aut aliqua tenacissima materia caperentur, ut
 ait Paus. in Arcadicis. Fuerunt autem ibibus Aegyptiis persimiles, sed ro-
 stro rectiore ac validiore, corpore multo maiore. hæ vocatae sunt in Arabia
 etiam Strymthalides, ad earum formam fortasse, quæ aliquando in Arcadia
 conuolant, & ab Hercule fuerunt repulsi. Post fugam Strymthalidū tur-
 ri illius domandi & adducendi labor successit, qui inerat Neptuni ira in
 Cretenses immissus, totamque Cretensium regionem populabundus vaga-
 batur. Nam multa animalia variis temporibus ob iram Deorum Græciam
 inuaserunt magnitudinis & ferocitatis admiranda: sicut leo Parnassus & Ne-
 mæu,

cenæque agri hydra insignis esse diceretur & magnopere formidabilis, quæ in palude lacui proxima versabatur, quæ plura capita haberet, ut scripsit Caimirensis Pisander, iubetur Hercules ab Eurystheo illam interficere. Versabatur plerumque & educata fuerat sub platano quadam ibi amplissima ad fontem Amymones, apud quem fuit etiam cæsa. Dicunt hanc hydræ multa habuisse capita, siquidem Naucrætes Erythræus septem, at Zenodotus Ephelæus novem, Heraclides Ponticus quinquaginta illa fuisse tradidit: quæ quoties unum eorum cædebatur, priorum numerus duplicabatur continuo, nisi quis concisum reliquum colli thyrsum igni statim combussisset. Id cum cognovisset Hercules nulli diligentæ aut labori pepercit in illa opprimenda. Assic-
10 runt eius hydræ venenum fuisse acutissimum, quippe cum sagitta illo veneno tincta Chironem propè subito interemerit, vel Polenorem Centaurum, ut quidam maluerunt. Hunc autem vi doloris impulsus ad fluvium è Lapito monte Arcadiæ defluentem, accurrisse, ut ibi vulnus lavaret, unde postea ceter odor dicitur flumini ex loto vulnere diu permansisse. Fuit enim hydra illa maleficum omnino & pestiferum hominibus animal; quippe quæ campeltria omnia impetu facto devallaret, & in pecora, agrosque vicinos crudelissime frueret. Fabulantur Iolai opera aurigæ usum fuisse Herculem, nã
in curru eò accesserat, cum ingens cancer hydræ opem tulisset, quem Hercules conculcavit; nam ex accensa sylva propinqua accensos torres Iolaus ad
20 Herculem attulit. Verum crediderunt hunc laborem, quia adiutus fuisset Hercules ab Iolao, non fuisse inter duodecim ab Eurystheo receptum. Deinde cum ceruæ quædam pedes æreos haberet, cornuque aurea apud Oenonen Dianæ sacra, neque quispiam mortalium posset illam cursu comprehendere, habitaretque in Mênalo monte, iubetur Hercules illam Mycenæ adducere. Sed cum neque occidere illam Hercules, ut Dianæ sacra, neque vulnerare vellet, annum totum currendo est insecutus: sed illa denique fessa in montem Artemisium confugit, & ad Ladonem amnem iamã tranatura capta est, & Mycenæ super humero deportata. Enimvero aiunt Eurystheum adeo fuisse virtute Herculis percussus, ut dolium æneum sibi ad latibulum comparauerit, neque in urbem Herculem admitteret, omniaque monstra ante
30 portam ciuitatis exponi iussisset, acque per Copreum præconem omnia illa formidabilia imperauerit. Sunt qui dicant Dianæ Taygetæ illam ceruam fuisse postea ab Hercule consecratam. Præterea cum ad cædendum aprum Erymantheum iussus proficisceretur, à Pholo hospitio perbenigne accipitur; qui vas etiam optimi vini in honorem hospitis aperuit: tunc Centauri mirabili odore vini concitati ad Pholum accurrentes in Pholum impetum faciunt: quos Hercules statim sagittis confecit. eo autem tempore Phocidis ager uniuersus obram Dianæ, quia Oeneus illam meritis victimarum honoribus priuarat ab apro insignis magnitudinis vastabatur, qui in Erymantho
40 monte Arcadiæ natus fuerat, quæ Hercules à Centaurorum cæde profectus, vincitum ad Eurystheum deduxit, cum illum è quodam fruteto propter altam niuem defessum exeraxisset. Postmodo cum Augeas Rex Elidis ingens stabulum, quod erat fimo refertissimum haberet, iubet Eurystheus Herculem hoc vno die purgare. Cum Hercules eo accessisset pactus fuit Augeas se decimam partem omnium animalium esse daturum; si eodem die stabulum illud purgasset; quod id fieri non posse villo pacto videbatur. Deinde cum Augeas pro purgato stabulo se mercedem daturum negasset promississe,
ab

Mythologia

cule infano;

Τὸ δὲ καὶ ἑστὶν ἀπὸ τῆς λέξης ἡρώδης.

Ἄλλως, ὡς αὐτὸς ὁ ἡρώδης.

Feriq; pelle tu leonis induis

Caput, fuit gestamen illud Herculis.

Manſit poſtea illa cōſuetudo, vt multi heroes pellibus pro ſcutis vterentur: nam & Theſeus, & Ancrus, qui fuit cum Argonautis, & Argus, & alii complures pellibus pro ſcutis uſi ſunt, vt eſt apud Apollonium multis in locis, quod ſiebat ad Herculis imitationem fuerunt autem tres leones ab Hercu-

10 le ſuperati Heliconius, Leſbius, Nemæus. Cum Theſpius Rex Bœotiz famā rerum ab Hercule geſtarum percepiſſet, putauit ſuis rebus optimè fore conſultum, ſi, cum quinquaginta filias haberet, totidem præſtantes robore corporis, & anſim ſapientia filios ex illo ſuſciperet; quare Herculem ad conuiuium inuitauit, & perbenignè, magnificèque exceptum ita demum ebrium fecit, vt omnes quinquaginta filias eadem nocte viciaret, præter vnā, quæ vt teſtatur Pauſ. in Bœoticis, perpetuum ſibi ſacerdotium potius indixit. Ferunt ſingulas earum mares hios peperiſſe; præter maioris & minoris ætatis duas, quæ geminos pepererunt. Fuerunt qui dixerint ſingulas ſingulis noctibus cum Hercule concubiſſe, quod ſanè neque admirabile eſſet, neque prorsus incredibile; cum quidam adeo fuerint in Venerem propenſi, vt vel ſeptuagies rem abſoluerint, vt ait Theophrastus in Hiſtoriis plantarum.

20 Cum celebritas nominis, & virtutis Herculeæ gloria indies creſceret, quia Hercules armis à Minerva captis Creonti Thebanorum principi opem tulerat, cæſiſq; Minyia & Hergino Thebanam urbem obſidente liberauerat agrū Thebanum, Megaram filiam illi Creon in matrimonium dedit. Hercules igitur ex ea filios Therimachum, Lamium, Creontiadem, & Deicontem, vt affirmauit Apollodorus libro 2. ſuſcepit; vt alii voluerunt, Onitem, & Democoontem. Deinde Argos proſectus eſt ad abſoluenda mandata Euryſthei. Famam autem fuiſſe inquiunt quo tempore Hercules ad inferos deſcendit, illum fuiſſe mortuum: quare cum rediſſet, Lycum Thebarum Regem Megaram vxorem ſuam ducere conantem interemit. Ea de cauſa ob lunonis inuidiam ira percitus in omnes filios ſuos, quos è Megara ſuſceperat, ſequit.

30 Dixerunt quidam octo fuiſſe Herculis & Megaræ filios, in quos ille ſequit, alii quatuor Herculis, at duos Iphicli, cum illi iuniorem filiam Creon coniunxiſſet. Ex inſanientis Herculis furore compoſita eſt traggdia ab Euripide. Cum ſuos igitur, Iphiclique filios trucidaiſſet, vel, vt alii malunt, in igne conieciſſet, exilio ſolum vertit: deinde à Theſſio expiatus Delphos ſe contulit, ac Deum percunctatus binam eſſet habitaturus, Pythia Tirynthem reſpondit oportere illum proficiſci, Euryſthæoque, duodecim annos ſeruire, totidemque labores perſoluere, atque iis peractis demum inter Deos immortalis receptum iri. Vocatus fuit vero Hercules tum primum à Pythia, cum antea Alcides diceretur. Tirynthem igitur migravit atque primum omnium quidam illi imperatum dicunt ab Euryſthæo vt Nemeum leonem inuulnerabilem occideret. (Nam ſuperiorem Cithæroneum iſdem fuiſſe, at non Nemeum putarunt, cum è Cithærone monte primum irruiſſet in armenta.) Ille igitur fruſtra exhausta pharetra cum claua ſeram inſecutus eſt, quæ cū in ſpeluncam auſugiſſet biſorem, alterum oſſium occluſit, deinde brachiis circa collum coniectis, eo uſque aſtriſtam tenuit, donec ſuffocauit, & ſupra humeros ſumptam Mycenæ aſportauit. Cæterum cū in Lerna Argoi My-

cenique

[illegible]

Hunc Linus edocuit sapientum scripta priorum
Peruigil, & claro Phœbi de semine natus.
Flectere at arte arcus, emittere & arte sagittas
Edocuit diues patriis hunc Eurytus agris.
Eumolpus vocem formauit, finxit & idem
Ad citharam digitosq; rudes, dextramq; ferocem.
At quæcunq; fuit membrorum ars apta palestræ,
Qua strauere viros, & decipere vicissim;
Quæ foret ars pugilum, & granibus decernere loris,
Quæq; graues pugiles reperere ex arte dolose,
Hæc a Mercurio doctus de sanguine creto
Harpalyco, Phanopesq; .

Fertur Linum cithara percussum interemisse, quia ab illo vapulasset, cuius etiam epidis causa dixit adhuc puer. In Astronomicis autem rebus magistrum habuit virum sapientissimum ac optimum Chironem; alii dicunt à Castore armatum pugnare didicisse: quare omnibus ingenuis artibus à singulis in quavis facultate præstantibus hominibus fuit institutus. Hercules insigni corporis magnitudine ac proceritate fuisse dicitur: quippe quem scripserit Heraclides Ponticus quatuor cubitorum & vnius pedis longitudinis fuisse. Non præterea Chius Herculem tres dentium ordines habuisse memorat, igneumque splendorem ex oculis effudisse, ut ait Zezes histo. 105. chil. 3. Hercules, cum natus esset ea lege, ut Eurystheus Steneli & Archippes filius fraude Iunonis prior natus illi imperaret, iussus est omnia, quæ ubiq; pericula horrenda viderentur, subire, ac vniuersum terrarum orbem monstriis horrificis expurgare. Primum igitur omnium laborum Herculi fuisse memorant leonem Cithæroneumnam cum puer adhuc esset Hercules, ætatisque suæ annum decimum sextum, vel, ut alii maluerunt, decimum octauum ageret, essetque missus ab Amphitryone ad armentorum custodiam, ne bis in magistrum peccaret, leonem interfecit, qui in sylua Nemea vagabatur, quæ fuit inter Phluntem & Cleonas, cum armenta sua laniet. Erat omnino leonis illius pellis nullo ferro penetrabilis, sicut Iuno instituerat, quæ implacabili odio Herculem insequabatur. In hunc Hercules multas sagittas frustra coniecit, neq; læsit omnino: mox cum ad clauam ventum esset, & illa crebris verberibus comminuitur. Deinde leonem nudis manibus apprehensum vnguibus dissecuit, atque ita occisi vnguibus pellem detractam inuulnerabilem pro scuto in posterum gestauit, ut testatur Euripid. in Hercule.

Mythologia

motam, cum sciret instare tempus prope pariendi, mulieres veneficas immi-
 sisse, quæ partum impedirent, fertur eo tempore Hyloris Tiresis filia vene-
 ficas illas astutia elusisse: nam è loco quodam, unde illæ facile audire possent
 exclamauit, Alcmenam peperisse: ea voce illæ deterritæ ac deceptæ statim
 abierunt, quare Alcmena illico enixa est: Alii diuersam ab hac rationem
 tradiderunt, quippe qui non impeditam fuisse dicant à Iunone Alcmenam
 quominus pareret; sed cum nonnò mensem ageret Hercules in utero matris,
 & septimum Euryllheus Steneli filius, fama est iurasse Iouem alterum horù
 alteri imperaturum, atque ad illum pertinere imperium, qui prior natus eo-
 dem die fuisset. Id eum sensisset Iuno septimestrem Euryllheum ex utero ma-
 tris exire fecit, at Herculi ortum in primum diem mensis æ. vsque proroga-
 uit, vt ait Theocr. in paruo Hercule;

*Ἡρακλῆς ἀνδρῶν ἰσότητι πρὸς ἑρμῆτι
 ἀλεχόμενος, οὗ καὶ νύκτι κατέσχετο ἰφικλῆος.*

Alciden decimo prognatum mense, decora
 Alcmena, atque vna iuniorem nocte Iphiclem.

Huic eadem nocte, quæ secuta est primum natiuitatis diem, Iuno sub mediâ
 noctem duos ferocissimos angues immisit, à quibus ictus nemine præcio in-
 teriret: sed Hercules dicitur ambabus manibus illos apprehensos ita cõstrin-
 xisse; vt illæ statim hos compresserit, vt ait Ouid. in Deianira;

Te ne ferunt geminos præsisse tenaciter angues,
 Cum tener in cunis iam Ioue dignus eras?

Quod etiam Theocritus planius expressit in paruo Hercule hoc pacto;

*Ἄρην δὲ ἑρμῆτι καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ ἰσότητος
 ἑρμῆτι καὶ αὐτῷ, ἐπὶ ἀμφότεροις ἰφικλῆος ἄρην
 τῆρας δὲ αὐτῷ πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ ἰσότητος καὶ ἑρμῆτι
 αὐτῷ καὶ ἑρμῆτι καὶ πρὸς αὐτὸν ἐκ τοῦ ἰσότητος
 ἄρην.*

sub mediam noctem quando Vrsa illabitur vnda
 Oriona prope, isq; humerum cum protulit altum,
 Ingeniosa duos immisit Iuno chelydros
 Tergoribus nigris, spirisq; ingentibus atros.

Deinde exequitur quo pacto Hercules sine lacrymis & Intrepidus ambos il-
 los compresserit. Apollodorus tamen lib. 2. iam octo menses natum Hercu-
 lem inultrata magnitudinis angues à Iunone immisos compressisse memo-
 rat. Alii vero, inter quos fuit Pherecydes, hos angues non à Iunone sed ab
 Amphitryone immisos tradiderunt, vt experiretur vter esset Iouis filius,
 atque Iphiclem territum cum eiulatu aufugisse, Herculem illos compres-
 hensos suffocasse. Deinde cum Hercules adoleuisset, iaculandi artem fuit
 à Teutaro Scythæ pastore, vt ait Isacius, edoctus. alii à Rhadamantho hanc
 artem illum didicisse malunt, alii ab Amphitryonis pastoribus, alii à Chi-
 rone & Thestiade: cum tamen Theocritus ab Euryto quodam edoctum iac-
 ulandi artem scribat, vt sensit etiam Apollodorus. à Lino Apollinis filio
 literas didicit, vt fama est; musicam ab Eumolpo; luctum & artes ceteras
 ludicras ab Harpalyco Mercurii & Phanopes filio, velut sensit Apollodo-
 rus, ab Autolyco currus agitare, & equitandi peritiam ab ipso Amphitryo-
 ne percepit, qui fuerint magistri in singulis facultatibus, testatur Theo-
 critus in his;

Γράμματα